



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De Missis defunctorum,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46628)

## DE MISSIS DEFUNCTORYM.

## V.

1. Prima die cujusque mensis (extra Adventum, Quadragesimam, & tempus Paschale) non impedita Officio Duplici vel Semiduplici, dicitur Missa principalis generaliter pro Defunctis sacerdotibus, Benefactoribus & aliis. Si verò illa fuerit festum Simplex, vel Feria quae propriam habeat Missam, aut resumenda sit missa Dominicæ præcedentis, quæ fuit impedita, & infra Hebdomadam non occurrat alius dies, in quo resumenda possit: in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis dicantur duæ Missæ, una pro defunctis, alia de Festo Simplici vel Feria prædicta. Sed in Ecclesiis non Cathedralibus nec Collegiatis, dicatur Missa de die cum commemoratione generaliter pro Defunctis.

2. Præterea feria secunda cujusque hebdomadæ, in qua Officium fit de Feria, Missa principalis dici potest pro Defunctis Si autem fuerit propria Missa de feria, vel de festo Simplici, vel resumenda sit

da sit Missa Dominicæ præcedentis ut  
 supra, in Missa de die fit commemoratio  
 (ut dictum est) pro Defunctis. Excipi-  
 tur tamen Quadragesima, & totum  
 tempus Paschale, & quando per annum  
 Officium est Duplex vel Semiduplex:  
 quibus temporibus non dicitur Missa  
 conventualis pro Defunctis; (nisi in die  
 Depositionis defuncti, & in Anniversa-  
 rio pro Defunctis) neque pro eis fit com-  
 memoratio. Missæ autem privatæ pro  
 Defunctis quocunque die dici possunt,  
 præterquam in festis Duplicibus, & Do-  
 minicis diebus.

3. In die Commemorationis omnium  
 Defunctorum, & in die Depositionis,  
 & in Anniversario defuncti, dicitur una  
 tantum oratio, & similiter in die Ter-  
 tia, Septima, Trigesima, & quodocun-  
 que pro Defunctis solenniter celebra-  
 tur: in aliis Missis, plures, ut de Feriis &  
 Simplicibus, dicitur infra in Rubrica  
 de Oratiouibus.

4. Sequentia pro Defunctis dicitur  
 in die Commemorationis omnium fide-  
 lium Defunctorum, & Depositionis de-  
 functi, & quodocunque in Missa dici-  
 tur una tantum Oratio: in aliis autem

Misfis pro defunctis, dicatur ad arbitrium Sacerdotis.

DE TRANSLATIONE FESTORVM.

VI.

1. In dicendis Misfis seruetur ordo Breviarii de Translatione festorum Duplicium & Semiduplicium, quando majori aliquo festo, seu Dominica impediuntur. In Ecclesiis autem, ubi titulus est Ecclesie, vel concursus populi ad celebrandum festum quod transferri debet, possunt cantari duæ Missæ, una de die, alia de Festo: excepta Dominica prima Adventus, Feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadragesimæ, Dominica Palmarum, cum tota Hebdomada majori, Dominica Resurrectionis & Dominica Pentecostes cum duobus diebus sequentibus. Die Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, & Festo Corporis Christi.

DE

un  
fit  
de  
tio  
de  
La  
me  
pri  
rur  
nu  
fis  
te,  
ca  
tur  
me  
leb  
stu  
Bre  
Ire  
mi

Ad